



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Locus Luc. 2. 14. à solo Lichtfoto bene intellectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Judæorum, sed & gentium deum esse, Rom. 3. 29
 verum etiam Deus sit *ἐν χριστῷ*
κόσμον καταλάσων ἑαυτῷ, μή λογι- 2. Cor. 5.
ζόμεν & αὐτοῖς τὰ παρωπώματα αὐτῶν, 19.
 adeo ut *δικαιωθέντες ἐν πίστεως,* Rom. 5. 1.
εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τῆς κρείσ-
τῆς ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. Quod ipsum angeli
 prædicant qui natum esse Christum
 Pastoribus Bethlemiticis annunciat-
 ates, Deum laudant, dicentes: *Δόξα* Luc. 2. 14.
ἐν ὑψίστοις Θεῷ, & ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν
ἀνθρώποις εὐδοκία. Quem locum qui-
 dem ideo adduxi; ut aliqua luce
 perfunderem. Etenim licet sit
 tritissimus, & tot hominum erudi-
 tissimorum commentariis tentatus,
 tamen est obscurissimus, & potius
 tenebras offudisse, quam eum illu-
 strasse tam veteres quam recentio-
 res interpretes videntur. Inter
 omnes qui hunc locum explicare
 conati sunt, solus mihi visus est
 Johannes Lichtfotus genuinum
 sensum deprehendisse, cujus hæc
 brevis est nota. *Hymnum hunc An-*
gelicum optime intelligas, si εὐδοκία
ἐν ἀνθρώποις, pro subjecto ponatur,
& reliqua verba pro prædicato: Be-
 nevolentia Dei erga homines est
 gloria illi in altissimis, & pax in
 terris.

Lichtf.
 Hor. Hebr.
 in Luc. 2.
 14.

terris. & interponitur inter Δόξα & Εἰρήνη, non inter eas & εὐδοκίαν. Quæ quidem recte à viro doctissimo animadversa puto, cum hæc sit unica & sola ratio, qua verus istius dicti sensus elici possit. Quod ut omnibus pateat, paulo accuratius libet ostendere.

X. Ab omni tempore hæc verba exercuerunt eruditissimorum hominum ingenia, & diverso modo vel lecta vel distincta sunt. Pro εὐδοκίαν Vulgatus interpres εὐδοκίας legit, & vertit *hominibus bonæ voluntatis*, cui alicubi Chrysothomus & Origines favent. Basilius Seleuciæ Episcopus, & ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίαν legit. Andræas Osiander Theologus Noribergensis, ex cuius Annotationibus in Harmoniam Evangelicam prolixum locum adduxit vir diligentissimus Abrahamus Scultetus, eos *codices qui habent ἐν ἀνθρώποις esse mendosos* putat. Distinguunt alii in duo, alii in tria membra. Subaudiunt alii ἐν ἑσθίῳ, & ἐ pro γὰρ accipiunt. De quibus omnibus hoc tantum dicam: Eos qui aliter legunt, ad id inductos esse non codicum dis-

scre-

Chrysoft.
in Serm.
de Nativ.
Dom.
Orig.
Hom. in
Lucam 13.
Basil.
Orat. de
Annunc.
Mariæ.

Scult.
Exerc.
Euang.
lib. 1.
cap. 50.